Benedictio Salis quod datz animalibz

Adiutorium nostrum ex Dominus vobiscum . ex .

Oremus.

DEVs invisibilis et inestimabilis, pietatem tuam per Sanctus ac tremendum Filii tui nomen suppliciter deprecamur, ut in hanc creaturam Salis invisibilem operam infundas, ut animalia quae necessitatibus humanis tribuere dignatus es, cum ex eo acciperint et gustaverint, benedictione et sanctificatione tua, ab omni dignitate et laesionis incursum te protegente custodiantur. Per Eundem. *Omni Omni nro.*

Oremus.

Domine Sancte Pater omnipotens aeternus **D**EVs, ^{oia} defende haec (vel horum hominum) animalia, per hanc creaturam Salis et aquae, defende piissime Pater a rapacibus latronibus, bestibusq, a scabiis, a morbo, a moribus, a laqueis, a Diabolo, ab infirmitate, ab invidia, a malitia pravorum, a malis hominibus, a malis oculis, a Veneficiis, ab auspiciis, ab omnibus aliis malis: et animalia quae morbis et infirmitatibus vexantur, per hanc creaturam Salis, et per invocationem Sanctissimi Nominis tui liberare et defendere digneris. Per *Omni Omni nro* Amen.

Benedictio arboris Staphylodendri

alias Klokoccha.

V. Adiutorium nostrum ex *R.* Qui fecit caelum et terram

Oremus.

DEVs creator omnium rerum, qui hanc creaturam arboris creare dignatus es, bene *F*dicere et sancti *F*ficare digneris arborem istam, et omnem virtutem contra insidias diaboli ei infundere digneris: et si quis virorum vel mulierum eam penes se portaverit, et in vera fide habuerit, saluus sit ab omnibus periculis animae et corporis, et ab omnibus inimicis visibilibus et invisibilibus, et ab omnibus insidiis diaboli occultis et manifestis, semper et ubiq, sit securus. Bene *F*licere ergo digneris per virtutem S. Crucis hoc genus arboris, ut

71.
quicunq; illam portauerit, fortitudinem et benedictionem accipiat.
et vnicunq; posita fuerit, discedat diabolus ab eodem loco, contre-
miscat et fugiat pauidus cum omnibus ministris suis de habita-
tione illorum. Et qui regulit a Sara et Tobia demonem mor-
tiferum eos infestantem, per virtutem et sancti Fficacionem
huius arboris, conterat et dissipet de cunctis habitationibus ce-
lentium DEVM, de domibus, de angulis, de lectulis, vniuersique
locis, in quibuscunq; famulantes DEO habitant et requiescunt,
dormiunt, aut vigilant, consistunt et ambulant, nec audeat ille
malignus spiritus amplius inquietare, aut pauores immittere, su-
per illos, quas sacra Chrismani tui vinctio fecit innocuos. Per
Dnum nrm̄ IESVM Cnum̄ er:

Domine DEVS Pater Omnipotens, te suppliciter deprecor,
vt bene Fdicere, digneris hoc genus arboris, quod in vltim hu-
mani generis tribuisti, et presta, vt quicunq; illud penes se por-
tauerit, siue in aliquo loco reposuerit, ab omnibus veneficiis,
prestigijs, maleficijs, auuspicijs, et ab omnibus insidijs diaboli
protegetur, vt fiat ei obstaculum contra peruersas hominum
persecutiones, contra sauaru bestiariu inuasiones, et conferat
ei sanitatem mentis et corporis, et cuncta necessaria in hac vita
ei largiaris Per Christu Dnum̄ nstru. Amen.

Exorcismus contra maleficia in Matrimonio facta.

V. Adiutorium nostrum er: Qui fecit celum et terram.

Postea Litanias dicat de Sanctis.

V. Saluum fac seruum tuum, et ancillam tuam.

R. DEVS meus sperantes in te.

V. Mitte eis Domine auxilium de Sancto

R. Et de Sion tuere eos.

V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus er.

V Dominus vobiscum. *R.* Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Exaudi nos Omnipotens et Misericors DEVS, vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione protinus impleatur. Per Dominum nostrum. *et:* Oremus.

Propterea Domine supplicationibus nostris, et institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti benignus assiste: vt quod te auctore iunctum est te auxiliante seruetur. Per D. N. I. Christum *et:* Oremus.

DEVS qui potestate virtutis tuae de nihilo cuncta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordiis, homine ad imaginem Dei facto, deo inseparabile mulieris adiutorium condidisti, vt famines corpori de virili dares carnem, principium, docens quod ex vno placuisset institui, nunquam licere disiungi. DEVS qui tam excellenti mystens conjugalem copulam consecrasti, vt Christi et Ecclesiae sacramentum praefigures in federe nuptiarum. DEVS per quem mulier iungitur viro, et societas principaliter ordinata, ea benedictione donatur, quae sola nec per originalis peccati poenam, nec per diluuii est ablata sententia: respice propitius super hos famulos tuos, qui mantali iuncti consortis, tua se expectant protectione muniri: sit in illis iugum dilectionis et pacis, nihil in illis ex actibus suis ille auctor prauaricationis usurpet: sint fecundi in sobole, et videant filios filiorum suorum, vtque ad tertiam et quartam generationem: et ad optatam perueniant felicitatem atque ad caelestia regna perueniant. Per eundem Dominum nostrum IESUM Christum filium tuum *et:*

Surgens Sacerdos ab oratione, asperget Coniugatos aqua benedicta iterum, et leget super illos quae sequuntur.

Lectio libri Tobiae.

Tunc hortatus est Virgine[m] Tobias, dixitque ei: Sara, exurge, et

75.
deprecemur Dominum DEVM hodie, et cras, et secundū cras: quia
his tribus noctibus DEO iungimur; tertia autem transacta nocte,
in nostro erimus coniugio. Alii quippe Sanctoni sumus, et non
possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant DEVM. Sur-
gentes autem paniter, instanter orabant ambo simul, vt sanitas da-
retur eis. Dixitq; Tobias: Et nunc Domine tu scis quia non lu-
xuriam causa accipis sororem meam coniugem, sed sola posteritatis
dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum.
Dixit quoq; Sara: Misereere nobis Domine, miserere nobis, et
conferenscamus ambo paniter sani. Tunc Raphael Angelus ap-
prehendit Osmonium, et reliquit illud in deserto superioris Ae-
gypti. Tu autē Dne miserere nobis. DEO gratias.

Sequentia Sancti Euangelii secundū
Ioannem. Ioan. 2.

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, et erat
Mater IESU ibi: Vocatus est autem et IESUS, et discipuli eius
ad nuptias: Et deficiente vino dicit mater IESU ad eum: Vinū
non habent. Et dicit ei IESUS: quid mihi et tibi est mulier?
nondum venit hora mea. Dicit Mater eius ministris: Quod-
cumq; dixerit vobis facite: Erant autem ibi lapideæ hydrice sex
positæ secundum purificationem Iudeorū, capientes singulæ metretas
binas vel ternas. Dicit eis IESUS: Implete hydrice aqua.
Et impleuerunt eas vsq; ad summum: Et dicit eis IESUS: haurite
nunc, et ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit ar-
chitriclinus aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri
autem sciebant qui hauserant aquam; Vocat sponsum architriclinus,
et dicit ei: Omnis homo primum bonū vinum ponit, et cum inebri-
ati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem seruasti bonum vinū
vsq; adhuc. Hoc fecit initium signorū IESUS in Cana Galilææ, et ma-
nifestauit gloriam suam, et crediderunt in eum discipuli eius.
G. Laus tibi Christe. Psalmus 127. Beati omnes q; timeant eū:

Domine IESV Christe, Beatissims Virginis MARIÆ Joseph desponsatus filius, qui in Paradiso terrestri Matrimonium instituisti in officium, et consecrationem, et multiplicationem humani generis, et ipsum Matrimonium mirabiliter honorasti in aduentu tuo, et primordius miraculorum tuorum: dignare hos quos matrimonialiter coniunxisti, per menta et preces Beatissimæ Virginis MARIÆ matris tuæ, et omnium Sanctorum et Sanctarum tuarum, bene iudicare et plene liberare ab omni ligamento, fascinatione, et maleficio Satanae, et dare fecunditatem et gratiam, ut libere possint uti matrimonio suo, ad generandas et educandas proles ad laudem et gloriam tuam: In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Oremus.

Domine IESV Christe, fili DEI vivi, qui uterum Bmæ Virginis MARIÆ mirabiliter fecundasti, ut de Spiritu S. conciperet, portaret, pareret, ac nutreret te DEUM ac Dominum Salvatorem nostrum: suppliciter inuocamus clementiam tuam, ut his famulis tuis N. et N. fecunditate donare digneris; ut generare ac nutrire valeant proles in vitam æternam. Amen. In Nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Oremus.

Omnipotens Sempiterna DEUS, qui primos nostros Parentes bona Societate copulasti: bene iudicet et Sanctiifica hos coniuges, et semina in eis semen Vitæ æternæ: corda eorum tui Sancti Spiritus munda infusione: Angelo tuo sanante eos, a maligna demonum infestatione libera, et custodi, et omnes mentis et corporis aduersitates ab eis repelle: ut munimine tuo protekti, et te donante deuote laudent nomen sanctum tuum, quod est benedictum in sæcula sæculorum. Amen.

Et aspersione aquæ benedictæ, exorizabit illos itend
 sequenti Exorizans.

Exorcizo vos in gunt' demones, humani generis et diuina dispo-
sitionis inimici, in nomine indiuidua Trinitatis Patris P et Filii F
et Spiritus S Sancti, cuius potentia vniuersa creata sunt, cuius
prouidentia omnia in suo ordine conseruantur, vt quidquid aduer-
sus hos coniuges moliti estis ad impediendam filionu' generationem,
iuxta modum a creatore ordinatu', eiudem **Dei** nostri potestate
coacti amoueatis.

Adiuuro vos per eum qui de Virgine nasciturus, vt sua quoq;
natiuitate coniugale' statum honoraret, eam potissimum elegit
matrem, quae iam erat desponsata. vno; vt dissipatis maleficis ve-
stris compactiõibus, aut maleficij signis, quidquid his coniugibus
nocimenti aut impedimenti intulistis, continuo auferatis, liberi'que
ab omni vestra fascinatione relinquatis.

Adiuuro vos per eundem Dominum nostru' **IESVM** Christum,
qui venit in hunc mundum, vt dissoluat opera diaboli, et chirogra-
phum decreti, quod erat contrarium nobis tulit de medio, affigens
illud cruci; vt quidquid incantatione aut ligatura, aut quocunq;
maleficis secundum damnabiles artes vestras effectum, quo impe-
diantur coniuges isti, Sanctum Matrimonij statum amplexi, ne ca-
quae status sui sunt libere valeant exercere, id omne dissoluantis
et amoueatis, et nullu' propter illa nocimentu' aut impedimentu' de-
inceps adferre praesumatis. Inuocamus enim contra vos terribile
nomen Domini nostri **IESU** Christi, vt omnes factiones vestras
rumgere compellamini, neq; maleficis quos vestra quasi fidelitate
decipitis, fidem seruare, aut quod pacti estis perficere ulterius com-
pellamini permittamini, cogente vos cruce Christi, cuius signo hos
Christi seruis consignamus: vrgente vos eiudem Domini nostri emi-
nentissima potestate, qua et ipse Spiritus nequam eiciebatur
verbo, et discipulis suis potestatem dedit calcandi super serpentes,

et scorpiones, et omnem virtutis inimici. In eius ergo virtute præcipio vobis, ut ordinem a Deo ad humani generis propagationem institutum perturbare desistatis, ut invidia vestra, qua et Deo gloriam et humani generi salutem æternam auferre nitimini, vano conatu tabescens, vobis tantummodo cruciandis seniat; hominum vero generatione secundum honorabile coniugium, totumque immaculatum procedente, electorum numerus impleatur, aspirante eodem Domino nostro IESU Christo, qui venturus est iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem. R. Amen.

Aspergat illos aqua benedicta et in pace dimittat.

EXORCISMUS

Ad demones ab animalibus pellendos.

Ego N. ut minister Christi et Ecclesie contra vos spiritus maligni, qui vestris maleficiis has bestias, et alia ad usum istius hominis spectantia infestatis, venio: et in nomine IESU præcipio vobis, ut statim exeatis ab his animalibus, sub dominis, vel curas istius hominis constitutis, et a quibuscumque rebus ad illas pertinentibus, ac totaliter recedatis a loco isto, ac destituatis omne quod persequitis maleficiis: nec amplius potestatem habeatis nocendi eis, ac vexandi ea, siue intrinsece siue extrinsece: nec apparendi eis sub quacumque forma vel figura: nec impediendi eorum operationes naturales, ita ut libere et sine ulla molestia, vel retardatione eorum dominus, vel custos eis uti possit quoad opus fuerit. Fugite ergo ac recedite spiritus maledicti: quia sic præcipio vobis ut minister Christi et Ecclesie. In nomine Patris et Filii et Spiritus S. Amen.

Oratio

Adiutorium nostrum ex Domine exaudi. er. Dominus vobis sit.

Oremus.

Omnipotens sempiternæ DEI, qui ab origine mundi creans ho-

minem ad imaginem et similitudinem tuam, ad ipsius usum et leuamen fecisti etiam animalia uiuentia super terram in genere. Ius: iumentum, equos, boues, et oues, ceteraque animalia et bestias tibi iuxta species suas: te humiliter deprecamur, ut hoc animal liberare digneris a quocumque maleficio, ligatura, signatura, infestatione demonum, ac ministrorum eius, et a qualibet lue, peste ac morbo contagioso, ut tradita ei sanitate, deservire possit ad usum domini sui, qui in Ecclesia tua gratiam tibi referat adiones. Qui uiuis et regnas in secula seculorum. Amen.

Aspergat aqua benedicta.

Benedictio Fœni, pascuorum, salis & aquæ, pro animalibus a maleficiis liberandis & præseruandis.

Adiuutorium nostrum er: Domine exaudi orationem
Domini uobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens æterne DEUS, qui producis fœnum iumentis, et herbam seruituti hominum, qui aperis manum tuam et impleas omne animal benedictione, dans escam omnibus in tempore opportuno; exaudi preces sermone tuorum, et supra hoc fœnum, pascua, saltem et aquam, tuam sanctissimam et benedictionem infundere digneris, ut quocumque animalia ex eis sumperint, ab eis discedant omnes indidias latentis inimici, liberentur ac præseruentur ab omni maleficio, noxa, et infestatione demoniaca; et a quocumque lue, peste, ac morbo, contagioso: ut illis tua diuina uirtute adiutis, atque protectis, eorum domini accutores gratiam tibi in Ecclesia tua referant adiones. Per Christum Dominum nostrum. Amen. *Vide benedictionem salis fol. 29.*
Aspergantur deinde aqua benedicta. *Item fol. 70.*

81. **Benedictio Cubiculi.**

℟. Adiutorium nostrum er: Dominus vobiscum.

Oremus.

Benedic \dagger Domine DEVS Omnipotens locum istum, ut sit in eo sanitas, castitas, victoria, fortitudo, humilitas, bonitas, et mansuetudo, plenitudo legis, et gratiarum actio DEO Patri, et Filio et Spiritui sancto: et hæc benedictio maneat super hunc locum, et super habitantes in eo, Angeli tuæ lucis eum inhabitent, eumque et eius habitatores custodiant et defendant contra omnes insidias inimici; et si quæ aduersa, et contraria sunt ab eis in hoc loco machinata, et fabricata, auctoritate maiestatis tuæ expellant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

Propitiare Domine supplicationibus nostris, et benedic locum istum dextera tua sancta, et omnes, qui in eo commorantur; illumque visitare, et inhabitantibus gratiam sanitatis impertiri digneris, sicut benedicere dignatus es cubiculo et domui, in qua exceptus fuit hospitio Propheta Eliseus; et sicut visitasti et sanasti foras Petri; mitte Domine, Sanctum Angelum tuum de caelis, qui liberet et defendat hunc locum ab imminentibus malis, cum omnibus qui in eo commorantur, nullaque eos nequitia contraria potestatis infestet; sed virtute Spiritus Sancti fiat hic tibi debitum, et deuota libertate seculari seruitium. Per Dominum nostrum er: Aspergat er:

Benedictio Ignis ad cremanda maleficia

℟. Adiutorium nostrum er: Dominus vobiscum. er:

Oremus.

Domine DEVS Omnipotens, cui assistit exercitus An-

Adiutorum. X Qui fecit de.
Exoramus Vestimentorum

Exorcizo vos creatura diuersa indumentorum
per eum qui ad decorem, & ornamentum generis
humani vos parauit, per eum qui volucres caeli, be-
stias terrae, & pisces maris induit: per eum qui
per Moysen vestes sanctas in gloriam, et decorem
Aaron fecit: & Salomonis Templum de lignis
cedrinis, & oliuarum, auroq; purissimo vestruit,
& picturis, & ornamentis preciosissimis orna-
uit Undique, ut utriusque ornamenta pura, benedi-

Et, et munda, ab omni^x labe, Virtute, et macu-
la spurcissimi Sathana, et ipsius inimici ope-
rationes, et Vires nequaquam retinere valeatis.
sed indumenta benedicta, et Sancti + fiat
per eum, qui cinctus Humilitate, Humanitate
ut genus humanum rediret, morti se subiecit
et nunc immortalitate, et gloria indutus, vivit
et regnat in secula seculorum Amen.

gelorum, cum tremore, quorum seruitium spirituale, et igneum esse cognoscitur, dignare respicere, bene & dicere et sanctificare, hanc creaturam ignis, ut es combustis maleficiis signis, omnes langueres, omnesque infirmitates atque insidias inimici effugiant, et separantur a plasmate tuo. Nunquam laedatur a morsu antiqui serpentis, quod pretioso sanguine Filii tui redemisti. Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Aspergat & Aquam benedictam. *Vide sequentia fol. 108. inferius et Super. 10.*

Benedictio Vestimentorum.

V. Adiutorium nostrum erit Dominus vobiscum. etc.

Oremus.

Omnipotens aeternae DEUS, qui inter caetera mirabilia, creaturas tuas diversis ornamentis decorasti: et tunicas pelliceas ADA et EVA fecisti: nosque veste misericordiae tuae in hoc saeculo, et in regno tuo peruenientes stola gloriae circumdas: quaesumus, ut hoc indusium, seu haec indumenta, pro tui nominis amore purificare & mundare & et benedicere & digneris, ut quicumque ea portauerit, et induerit, caelestis gratiae plenitudinem in eis, et munimen valeat tuae benedictionis percipere, ut ab omnibus inimicorum maleficiis, incantationibus, ligaturis, signaturis, et facturis, et insidiis defensus, incolumis te in saecula glorificare possit. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Aspergat.

Oratio pro infirmis.

Potentia DEUS & Patris adiuuet te, Sapientia DEUS Filii instruat te, Virtus Spiritus & Sancti liberet te ab omnibus malis et periculis animae et corporis.

Benedicat tibi Dominus, et custodiat te, ostendat faciem suam tibi, et misereatur tui, conuertat Dominus vultum suum ad te, et det tibi pacem et sanitatem.

*N. Adiuutorium nostrum: Domine exaudi orationem eius.
N. Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.*

Oremus.

Domine Sancte Pater Omnipotens aeternae DEVS, qui fragilitatem humanae conditionis, infusa virtutis tuae dignatione confirmas: ut salutaribus remediis corpora nostra et mentes vegetentur, super hunc famulum tuum *N.* propitius intende, ut omni necessitate corporeae infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinae sanitatis perfecte reparetur.

Omnipotens aeternae DEVS, qui benedictionis tuae gratia, agris infundendo corporibus, facturae tuae multiplici pietate custodis, ad inuocationem Sanctissimi Nominis tui benignus assiste, ut famulum tuum *N.* ab agnitudine liberatum, et sanitati donatum, dexteram tuam erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiae tuae Sanctae cum omni desiderata prosperitate restituas.

Omnipotens Sempiternae DEVS, salus aeterna credentium, exaudi nos pro famulo tuo infirmo, pro quo misericordia tuae imploramus auxilium; ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Per Christum Dominum.

Dominus IESVS Christus apud te **P** sit, ut te defendat, intra **P** te sit, ut te conseruet, ante **P** te sit, ut te ducat, post **P** te sit, ut te custodiat, super **P** te sit, ut te benedicat: Qui cum Patre et Spiritu S. regnat in saecula saeculorum. Amen.

Benedictio Dei Omnipotentis Pa **T**ris, et Fi **L**i, et Spiritus **S**ancti, descendat super te, et maneat semper. Amen.

Benedictio Chordularū ⁸⁶

V. Adiutorius nostris eris: Qui fecit caelum et terram.

V. Sit nomen Domini benedictum. *R.* Ex hoc nunc eris:

V. Domine exaudi orat. Dominus vobiscum eris:

Oremus.

DEVS qui vt seruum solueres Filium tuum funibus ligari voluisti, bene *†* dic quod sumus Chorda istam, et praesta, vt famulus tuus, qui eas velut ligamine. poenitentiali cingetur, vinculo-
rum eiusdem Filii tui Domini nostri IESU Christi perpetuo memor existat, et in Confraternitate, in quam assumitur, salu-
briter perseuerans, tuis cum effectu semper obsequiis se alliga-
tum esse cognoscat. Per Dominum nostrum eris:

Oremus.

Omnipotens sempiterna DEVS, qui peccatoribus venia et misericordiam gaudentibus, tua propitiationis indulgentiam tribuis: oramus immensam clementiam tuam, vt hanc Chordam bene *†* dicere et sanctificare. *†* digneris, vt qui eam pro peccatis suis cinctus fuerit, et immensam pietatem tuam imploraucrit, veniam et indulgentiam tuae sanctae misericordiae consequatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Cingendo Confratrem dicat.

Praeingat te Dominus Cingulo puritatis et Confraternitatis nostrae, et extinguat in lumbis tuis humorem libidinis, et maneat in te Virtus continentiae et castitatis. Per Christum Dm.

Pax tecum.

Benedictio Horribilis. Incensi contra Spiritus malignos. cuiuslibet

Vide Supra
fol. 12.

V. Adiutorium nostrum etc. Qui fecit calum etc.
EXORCISMVS.

Exorcizo te creatura incensi, vel sulphuris, vel myrrhæ, vel ligni alci, vel camphoræ, vel assæ fatidæ, per DEVM. & virum, per DEVM Verum, per DEVM & Sanctum, per Sanctissimam Trinitatem, Pa- & trem, Fi- & lium, et Spi- & ritum Sanctum, et per DEVM qui omnia creauit ex nihilo, per eum qui expulit prauos Angelos de celo ad ista inferiora, per Ie- & sum Christum filium eius Vnicū Dominū nostrum, qui dabit predestinatis regnum æternum, et reprobatis regnum infernale perpetuum: et per omnia nomina Sancta ipsius DEI te coniuo & exor- & cizo, et per omnia supradicta, vt sis in defensione nostram, et officianis perpetua fumigatio exorcizata, bene & dicta, et conse- & crata in salutem nostram, et omnium fidelium Christianorum, et perpetua pœna sis omnibus malignis Spiritibus, et fortissimus, ac infinitus ignis eorum, et magis, quam sit infernalibus spiritibus sulphur, et ignis infernalis, et omnis pœna: omnia supradicta sint nobis defensio, et perpetua expulsio, et suffumigatio omnium spirituum, ac solutis diuim ligaminum, facturarum, et prestigiorum, ita vt nihil predictorū nos, nec hanc creaturam DEI N. neq̄ locum istum modo aliquis offendere et impedire valeat. Per eum qui venturus est iudicare viuos et mortuos, et sæculum per ignem. Amen.

Oratio.

Ineffabilem clementiam tuam Omnipotens Æterne DEI humiliter imploramus, vt sicut tu es vnus in eſſentia, et trinus in Personis, scilicet Pater V& DEVM, et Spiritus Sanctus, ita bene & dicere, et consecra- & re, per immensam clementiam, et pietatem tuam digneris hanc creaturam suffumigationis; sic vt sit omnibus Christianis ipsam sumentibus odor, et defensio perpetua contra omnes spiritus malignos, et incantationes, prestigia, ac maleficia, sitq̄ perpetua expulsio malignorum spirituum, et omnium incantationum, facturarum,

et Stigiorum, annihilatio, ac solutio perpetua omnium ligationum,
 et dissolutio omnium maleficiorum, et in quocumq; loco odor eius ve-
 nerit, siue affuerit, nullus spiritus nullaq; incantatio, nulla ligatio
 diabolorum, nulla fascinatio, nullum maleficium, nullaq; molestia
 maligni spiritus possit durare, neq; stare modo aliquo, sed statim
 tua immensa virtute, et potentia, fugiant perpetuo, et procul expel-
 lantur omnes insidia latentis inimici, ac eorum habitationes dissol-
 vantur, annihilentur per signum Sancte Crucis ꝛ Domini no-
 stri IESU Christi. Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat
 in saecula saeculorum. Amen.

Et asperzatur aqua benedicta in modis Crucis

Benedictio Herbarum.

N. Adiuutorium nostrum er: Qui fecit calu' et terram.

EXORCISMV.S.

DEVS Omnipotens qui in creatione vniuersi inter mira-
 bilia opera tua dixisti: Germinet terra herbam virentem,
 et facientem semen: et lignu' pomiferum faciens fructum, iux-
 ta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram, et
 eam dedisti nobis in escam et vsum, quia valde bona: Sic propt'
 nomen sanctum suum laudabile, et benedictum: magnum et
 gloriatum in caelo et in terra, pone dexteram tuam plenam
 larga benedictione ꝛ super has herbas N.N. et reple eas
 cunctis benedictionibus, prout ego in nomine Sancto tuo Iehoua,
 eas exorato ꝛ benedico ꝛ et sanctifico, vt vbiq; collocatae fuerit,
 siue in lamis, vel in plumis, vel paleis, vel lectis, vel in domibus, cubi-
 culis habitationibus, et in quibusuis locis, vel super se habuerit, vel
 portauerit, vel si quis fuerit ex eis fumigatus, vel in balneo lotus, per
 omnipotentia' tuam, et virtutem passionis acerbissima' passionis
 Domini nostri IESU Christi Filii tui, elongetur ab eis omne malu',
 omne periculum, omnes virtutes, et opera Sathanae, sicut elonga-
 tum est caelum a terra, Lux a tenebris: Veritas a mendaciis. Nec

49.
habeant potestatem ipsi aduersari nostri latitandi, nocendi, Venitate
tacendi, nec permanendi in creaturis ipsis, et locis: et ideo, per eum,
qui dat herbam seruituti homini, et per virtutem Sanctissimi nomi-
nis sui Tetragrammaton, et per vocem ipsius dicentis: Pater ignosce
illis quia nesciunt quid faciunt, has herbas N. N. benedico ☩ et San-
ctifico ☩ ad fugandos Demones, ad destruendum, annihilandum, et
exirpandum, et eradicandum omne maleficium incantamentum, liga-
tiones signaturas, et facturas à corporibus humanis, et ab aliis cre-
aturis, et à quibusvis locis, omne opus diabolicum factum, vel fiendu-
ita, quod ibi nulla habitatio, et nulla virtus sit inimici: Sed in no-
mine IESU cuius Sanctissimum Nomen, et virtutem, et potentiam
inuoico super has herbas, recedant maledicti, et vadant precipites can-
gusi in barathrum, in tartara, in gehennam, et in infernum, cum
omnibus vperibus suis hæreticis, et inhabitent SS. Angeli DEI,
ut recipiant sanitatem. Et sicut pluuia germinatur herba de
terra, sic ros de celo et virtus Spiritus S. pluat super has herbas,
et per suam Sanctam benedictionem, fiant herbe viuentes,
pascua pinguis super montes Israel. Requirere aeternæ DEVS
quod genuerat, reducere quod errauerat, alligare contractum, et consolida-
re quod infirmum est, custodi quod forte ac pingue est, et pascere oues
tuas. Acubare facias in sinu Abrahae, per IESUM Christum
qui languores nostros et hiures portauit, qui vulneratus est pro-
pter iniquitates nostras, et attritus est propter scelera nostra,
cuius hiure sanati sumus. Qui viuit et regnat in secula seculorum Amē

Orationes à Sacerdote dicenda super agrotos.

IESVS Christus aeterni Patris Filius mundi Redemptor,
cuius gratia Christianus es, te in Catholica fide conseruet beatumq;
faciat: et quod de credentibus in se dixit: Super agros manus impo-
nent et bene habebunt. Per quindecim Sacramenti Rosarii my-

pena, perq̄ merita, et intercessionem Sanctissimi sub genitricis Virginis
MARIE S. Floriani Martyris. S. Sigismundi Mart. SS. Acetii
et Heliadis et sociorū decem millium Crucifixorū, et S. Venerandi Marty-
ris. S. Augustini Episcopi et Ecclē Doctōris, S. Vincentii Confessoris. S. Ve-
neranda Virginis et Martyris, et omnium Sanctorū et Sanctarū Mariarū Vir-
ginū, et Confessorū ⁊ sit tibi clemens et propitiū, ⁊ ac te ab hac
qua tenens infirmitate liberare dignetur ⁊ tribuatq̄ tibi mentis et
corporis perfectam sanitatē, ac te in hora mortis protegat, animāq̄ su-
scipiens ad paradisi ianuam, perducatur Dominus noster IESVS Chri-
stus, qui cum Patre et Spū S. vivit et regnat in s̄cula s̄culorū. Amen.

Alia Oratio.

Mentis et precibus B^{mi} Bartholomasi Apostoli te ab omnibus ma-
lis, morbo caduco, maleficiis, demonū vexatione, et ab omni alio mor-
bo liberet IESVS Christus Dominus noster, totius conditor et Salva-
tor mundi. Amen.

Alia Oratio.

O Dulcissime Domine IESV Christe, materis consolatio laboran-
tium fortitudo, qui de credentibus in te dixisti, super agros maris imponet
et lenē habebunt; Per tuā sacrosanctissimā Passionis mentis ac Immacu-
latā Virginis Marię ^{tuę} et omnium Sanctorū intercessionē liberare di-
gnens hunc famulū tuū N. ab hac qua detinetur infirmitate, et qui Be-
atissimi Apostoli tui Petri sorum, et reguli filium a magnis febribus
liberasti, ita hunc famulū tuū N. te humiliter deprecante exaudi,
⁊ atq̄ ab eo hanc gr̄a premitur a gr̄itudinem pelle, et qui Paraly-
ticū curasti, leprosos mundasti, Centurionis filium sanasti, mulierem
a fluxu sanguinis liberasti, iacentem languidū ad Discipulū erexisti,
et confirmasti; ciruensisq̄ per omnes ciuitates et castella omnem
languorem et omnē infirmitatem curasti; ita illos tuos misericordes
oculos, ad hunc famulū tuū N. conuerte, ⁊ perfectamq̄ illi mentis et
corporis sanitatē concede: et qui manū tuā impositione, et solo, s̄m-
bric tactu omnes male habentes curasti, quiq̄ Apostole tuo Petro

concepisti, ut sui corporis umbra aegrotos sanitati restitueret,
 et Beatissimis Apostolis tuis potestatem curandi omnes morbos
 tribuisti, eisq; precepisti ut infirmos curarent, tu Domine IESU Chri-
 ste per manus meas impositiones quibus immaculatum tuum corpus s-
 terno tuo Patri licet indignus offero, et per tactum hanc sanctam reli-
 quam, et per menta Sanctam quorum haec sunt reliquias, quibus tan-
 go et signo. Et hunc famulum tuum N., ab hac aegritudine atq; tribula-
 tione clementer eripe; Qui vivis et regnas in saecula et:

Alia Oratio.

✠ Potentia Dei Patris adiuvet te. ✠ Sapientia Dei Filii
 instruat te. ✠ Virtus Spiritus S. liberet te ab omnibus malis et
 periculis animae et corporis. Amen.

Alia. Oratio

Benedicat tibi Dominus, et custodiat te, ostendat Dominus
 faciem suam tibi et misereatur tui, convertat Dominus vultum
 suum ad te, et det tibi pacem. Amen.

Oratio Alia. Febrim patientibus.

Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

✠ Sequentia ✠ Sancti Evangelii ✠ secundum Lucam.

R. Gloria tibi Domine. Euang. c. 4.

In illis tempore, Surgens IESUS de Synagoga introiit in do-
 mum Simonis, focus autem Simonis tenebatur magnis febribus, et
 rogauerunt illum pro ea, et stans super illam imperavit febrim, et dimi-
 sit illam, et continuo surgens ministrabat illis. R. Laus tibi Christe.

Per Evangelica dicta ✠ Confundatur ✠ Seleatur ✠ extin-
 guatur ✠ dissipetur, et ✠ destruat omnis malitia diabolica.

V. Domine exaudi orationem meam. Et clamor eius. Amen.

Fiant aures tuae intendentes in vocem supplicationis meae.

Oremus.

Domine IESU Christe, qui beatissimi Apostoli tui Petri febricitan-
 tante socrum curasti, et qua hora dixisti Regulae filius tuus vivit,
 reliquit eum febris: te humiliter deprecamur, ✠ ut hunc famu-

lum tuum. **N** **†** a febre qua premitur liberare digneris; ut
reddita sibi sanitate, gratiam tibi in Ecclesia tua referat adi-
ones. Qui vivis et regnas in secula seculorum. Amen.

Christus vivit, Christus regnat, Christus imperat, Christus
ab hac febre, atq; ab omni malo mentis et corporis te liberet. Amen.

Alie Orationes. *Inquam Infirmus*

N. Adiutorium nostrum. **R**. Qui fecit calum et terram.

Introcat gustum Domine. **IESU** Christe. domum hanc sub no-
stra humilitatis ingressu eterna felicitas, divina prosperitas, eter-
na letitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ea hoc
loco accessus demonum, adsint Angeli pacis, domum hanc deserat ef-
fugata discordia: magnifica Domine super nos nomen Sancti tui
† benedic conversationi nostrae, sanctifica nostram humilitatis ingressu,
qui sanctus et pius es, et permanens cum Patre et Spiritu S. in secula se-
culorum. Amen. Psalmus. 6.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripas me.
Miserere mei Domine quoniam infirmus sum. *er.* Gloria Patri *er.*

N. Dominus vobiscum. **R**. Et cum Spiritu tuo

† Seguentia **†** Sancti Evangelii **†** secundum Mattheum.

R. Gloria tibi Domine. *Evang. cap. 8.*

IN illo tempore: Cum introisset **IESUS** Capharnaum, acces-
sit ad eum Centurio, rogans eum et dicens: Domine puer meus iac-
et in domo paralyticus et male torquetur. Et ait illi **IESUS**. Ego
veniam et curabo eum. Et respondens Centurio ait: Domine non
sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sana-
bitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus
habens sub me milites, et dico huic vade et vadit: et alio veni et
venit; et serus meus fac hoc, et facit; Audiens autem ^{haec} **IESUS**
miratus est et sequentibus se dixit: Amen dico vobis non inveni
tantam fidem in Israel, dico autem vobis quod multi ab Oriente. et
Occidente. venient, et reumbent cum Abraham et Isaac et Iacob

regno calorum, filii autem regni eiciuntur in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium. Et dicit IESVS Centurioni: Vade et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. *R. Laus tibi Christe.*

*Per Evangelica dicta. † Confundatur, † deleatur, † extingua-
tur † dissipetur † et destruetur omnis malitia diabolica. Amen.*

Oremus

Domine Sancte Pater Omnipotens aeternus DEVS, qui benedi-
ctionis tuae gratia dignis infundendo corporibus, factura tuae multiplici
pietate, custodis, ad invocationem nominis tui benignus assiste, ut famu-
lum tuum N. ab aegritudine liberatum et sanitati donatum dexteram
tua erigas, virtute confirmes, potestate tueans, atq; Ecclesie tuae Sanctae
cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Psalmus 15.

Conserua me Dne. et: Gloria Patri et Filio et:

Ahae Orationes.

R. Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.

† Sequentia † Sancti Evangelii † secundum Marcum.

R. Gloria tibi Domine. Euang. cap. 16.

IN illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis, apparuit illis
IESVS, et exprobrauit incredulitate illorum et duritia cordis, quia his qui
viderant eum resurrexisse, non crediderunt: Et dixit eis. Euntes in mun-
dum vniuersum praedicate Euangelium omni creaturae. Qui crediderit et
baptizatus fuerit saluus erit; qui vero non crediderit condemnabitur: signa
autem eos qui crediderint haec sequentur: In nomine meo demonia eii-
cient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, et si mortiferum quid
biberint non eis nocebit, super aegros manus imponent et bene habebunt.
Et Dominus quidem IESVS postquam locutus est eis, assumptus est
in caelum, et sedet a dextris Patris. Illi autem profecti praedicauerunt vbiq;
Dominus cooperante, et sermone confirmante sequentibus signis.

*R. Laus tibi Christe. Per Evangelica dicta, confundatur †
deleatur † extingatur, † dissipetur † et destruetur, omnis ma-
litia diabolica. Amen.*

Virtutum caelestium DNI, qui ab humanis corporibus languorem, et omnem infirmitatem, praecepti tui potestate depellis, adesto propitius huic famulo tuo; et fugas infirmitatibus, et viribus receptis, nomen Sancti tui, instaurata protinus sanitate benedicat. Per Chm. Amen.

Psalmus 19.

Exaudi te Dominus in die tribulationis: protegat te. er: Gloriā. S.

Alia Orationes.

V. Dominus vobiscum R. Et cum Spiritu tuo.

† Sequentiā † Sancti Evangelii † secundū Lucam ^{c. 4.} R. Gloriā tibi er:
In illo tpe: Surgens IESVS de Synagoga, introiuit in domū Simonis, fe-
bris autem Simonis tenebatur magnis febribus et rogauerunt illū pro ea;
et stans super illam, imperauit febrī et dimisit illam; et continuo surgens
ministrabat illis. Cum autē solocidisset, omnes qui habebant infirmos va-
riis languoribus ducebant illos ad eum. At ille, singulis manus imponens
curabat eos. R. Laus tibi Chrē.

Per Evangelica dicta, confundatur † deleatur † extinguatur †
dissipetur, † et destruetur omnis malitia diabolica. Amen.

Oremus.

Domine Sancte Pater Omnipotens Eterne DNI qui fragilitate
humanae conditionis infusa virtutis tuae dignatione confirmas; et saluta-
ribus remediis corpora nostra et mentes vegetentur, super hunc famulum tuum
N. propitius intende; et omni necessitate corporales infirmitatis exclusa gra-
tia in eo p̄sinae sanitatis perfecte regaretur. Per Chm. D. nō s̄m. Amen.

Psalmus 85.

Inclina Domine aurea tua et exaudi me: quoniam inops er:

sequens Alia Orationes. *Em p̄ febre laborantibz*

V. Dominus vobiscum R. Et cum Spiritu tuo.

† Sequentiā † Sancti Evangelii † secundū Ioannem ^{cap. 5.} R. Gloriā tibi D.

In illo tempore: Erat dies festus Iudaeorum, et ascendit Iesus Ieroso-
lymam: Est autē Hierosolymis probatica Piscina, quae cognominatur
Hebraice Bethesda quinq̄ portibus habens. In his iacebat multi-
tudo magna languentium, caecorum, claudum, aridum, expectantium a quō

971
motu. Angelus autē Domini descendebat secundū tempus in Pisciā,
et mouebat aqua: et qui primus descendisset in piscinam post motionem
aque, sanus fēbat a quauis detinebatur infirmitate. Erat autem
quidam homo ibi, triginta ^{et 8.} annos habens in infirmitate sua. Hunc
cum vidisset IESVS iacentem, et cognouisset quod multū iam tempus
haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine
hominem non habes, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in Pisciā.

Quoniam venis enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei IESVS: Surge,
tolle grabatū tuum, et ambula, et statim sanus factus est homo ille; et
sustulit grabatū suū et ambulabat: erat autē Sabbatū in die illo.
Dicebant ergo Iudaii illi qui sanatus fuerat: Sabbatū est, non licet
tibi tollere grabatū tuum. Respondit eis, Qui me sanū fecit, ille
mihi dixit: Tolle grabatū tuū, et ambula. Et Interrogauerunt ergo
eum: Quis est ille homo qui tibi dixit tolle grabatū tuū et ambula?
Is autem qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. IESVS enim
declinauit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum IESVS
in templo et dixit illi: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne
detenus tibi aliquid contingat. *℟. Laus tibi Chrē.*

℟. Per Euangelica dicta ℟ confundatur ℟ deleatur ℟ extin-
guatur ℟ dissipetur ℟ destruetur omnis diabolica malitia
Amen.

Oremus.

Respice Domine famulū tuū N. in infirmitate corporis sui
laborantem, et animam refove quā creasti: ut castigationibus e-
mendata, continuo se sentiat tua medicina saluatam. Per Christū.

Psalm. 30.

Qui habitat in adiutorio Altissimi: in protectione erit.

Psalmus. 120. Leuaui oculos meos in montes: unde veniet erit.

N. Media vita in morte sumus, quem gubernas adiutorem. misere
te Domine, qui pro peccatis nostris iuste irascens.

℟. Sanctus DEVS, Sanctus fortis, Sanctus et misericors, Salua-
tor, amara morti ne tradas nos.

V. Ne proicias nos in tempore senectutis, cum defuerit virtus nostra
Itra ne derelinquas nos Domine.

R. Sanctus DEVS, Sanctus fortis, Sanctus et misericors Saluator
amara morti ne tradas nos.

V. Munus inexpugnabili circuminge nos Domine, et armis potentibus
tuis protege nos semper DEVS noster.

R. Sanctus DEVS, Sanctus fortis, Sanctus et misericors Saluator
amara morti ne tradas nos.

V. Aspice Domine de Sede Sancta tua, et cogita de nobis, inclina
DEVS meus aurem tuam et audi; aperis oculos tuos, et vide
tribulationem nostram.

R. Sanctus DEVS, Sanctus fortis eris

V. Gloria Patri et Filio. ex: Sicut erat in principio eris

R. Sanctus DEVS, Sanctus fortis eris: ut sup.

V. Kyrie eleison. Christeeleison, Kyrie eleison.

Patet noster. v: V. Et ne nos. R. Sed libera eris

V. Misere mei Domine quonia infirmus sum.

R. Sana me Domine quonia conturbata sunt ossa mea.

V. Post partum Virgo inuiolata permansisti.

R. S. Dei genitrix intercede pro nobis.

V. Angelis suis DEVS mandavit de te. R. Ut custodiant eris.

V. Saluum fac senium tuum. R. DEVS meus sperantem in te.

V. Mitte ei Deus auxilium de Sancto. R. Et desin tuere eum.

V. Nihil proficiat inimicus in eo. R. Et filius iniquitatis eris.

V. Esto ei Domine turis fortitudinis. R. a facie inimici.

V. Domine exaudi. orat. er: V. Dominus vobiscum eris.

Oremus.

Omnipotens sempiterna DEVS, infirmum famulum tuum N.,
propitius respice, atq; ad protegendum eum dexteram maiestatis
tue maiestatis extende.

96
Concede hunc famulum tuum N. quia sumus Domine DEVS perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa Beatae MARIAE SEMPER Virginis intercessionem, a praesenti liberari tristitia et aeterna perfui latitia.

DEVS qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas concede propitius, ut a quibus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur.

DEVS qui factura tua semper pio Dominantis affectu, inclina aurem tuam supplicationibus nostris, et famulum tuum N. adversa valetudine sui corporis laborantem placatus respice, et visita salutari tuo; et celestis gratia praesta ei medicinam. Per Dominum nostrum IESUM ER:

Completa Vniversa Oratione, Sacerdos vestram manu imponat super caput infirmi, et dicat orationem de B. Vincentis, quam febrientibus plurimum valere certum est.

Oratio B. Vincentii.

Super aegros manus imponant et bene habeant. IESUS MARIAE FILIUS, mundi salus, et Dominus mentis B. Vincentis confessionis sui, sit tibi clemens et propitius. Amen.

V Dominus Vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.

¶ Initium Sancti Evangelii ¶ secundum Joannem. R. Gloria. c. 1.

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud ex.
Per Evangelica dicta. ¶ confundatur ¶ deleatur ¶ extinguatur
¶ dissipetur ¶ et destruetur omnis malitia Diabolica. Amen.

Oremus.

Dominus IESUS Christus apud te sit, ut te defendat, intra te sit ut te consuet, ante te sit ut te deducat, post te sit ut te custodiat, super te sit, ut te bene ¶ dicat. Qui cum Patre et Spiritu Sancto in Unitate perfecta vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

Bene ¶ dictis Ovis Omnipotentis Pa ¶ tris, et Fi ¶ filii, et Spi ¶ ritus Sancti, descendat super te et maneat semper. Amen.

¶ In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti Amen. Pr. nos. Ave M.
Exaudi DEVS orationem meam et ne desperem deprecationem meam, intende in me et exaudi me.

Miserere mei Domine quoniam infirmus sum, sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea, et anima mea turbata est valde.

Miserere mei DEVS. vel Domine exaudi orationem meam. 97.

Vel alius Psalmus. Deinde repetitur. Exaudi DEVS orationem meam.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Sequentia S. Evangelii secundum Lucam. R. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Surgens IESVS de Synagoga intravit in domum Simonis et Petri. Et ibi in illa verba et curabat eos. R. Laus tibi Chri.

Kyneleison Chnsteleison Kyneleison. Pater noster. er.

V. Et ne nos inducas in tentationem. er. R. Sed libera nos a malo.

V. Saluum fac seruum tuum. R. DEVS meus sperante in te.

V. Domine exaudi. V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiterna DEVS exaudi salus aeterna credentium. er.

DEVS infirmitatis humanae singulare presidium, auxilium tui super hunc infirmum famulum tuum ostende virtutem, ut ope misericordiae tuae adiutus Ecclesiae tuae sanctae incolumis representari mereatur.

Omnipotens sempiterna DEVS, qui precantium voces benignus exaudis, maiestatem tuam supplices exoramus, ut sicut somnum Simonis tua immeasa bonitate a magnis febribus liberaisti, ita hunc famulum tuum a febri laborantem sanare, atque ab omni malo liberare digneris.

Concede nos famulos tuos. er. Actiones nostras. er.

Et Benedictio Dei Patris Omnipotentis defendat super te et maneat semper tecum. Amen.

Pro pueris infirmis.

Et In Nomine Patris et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Pater noster. er. Ave Maria.

Ex ore infantium, et lactantium DEVS perfecisti laudem propter inimicos tuos.

Laudate pueri Dominum. er. Ex ore infantium. er.

V. Dominus vobiscum. R. Et cum spiritu tuo.

Sequentia Sancti Evang. secundum Matthaeum. Gloria tibi Domine.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad IESVM dicentes: Quis putas maior est in regno caelorum? Et aduocans IESVS paruulum sta-

tuit eum in medio eorum; et dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, et efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum.

Quicumq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno celorum, et qui suscepit vnum paruulum talem in nomine meo suscipit; qui autē scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris. Vt mundo à scandalis, necesse est enim vt veniant scandala, veniuntamen vlt homini illi per quem scandalum venit. *R. Laus tibi Chrē.*

Kyrieleyson Christeleyson Kyrieleyson. Pater noster.

V. Et ne nos inducas in temptationem. R. Sed libera nos à malo.
V. Sinite paruulos venire ad me. R. Illud est enim regnum celorum.
V. Domine exaudi orationem. V. Dominus vobiscum et: R.

Oremus.

Dulcissime Domine IESU Christe, qui ob multitudinem miserationum tuarum, vt saluum faceres genus humanum, de celo ad terram descendisti, te supplices deprecamur, vt per gloriosissimam Natiuitatem tuam, per Baphtismum et Sanctum ieiunium tuorum; per Crucem et Passionem tuam; per mortem et Sepulturam tuam; per Sanctam Resurrectionem tuam, et admirabilem ascensionem tuam, super hunc puerum famulum tuum infirmum, rorem tuam benedictionis infundas, atq; eum à qua detinetur infirmitate liberares, et ab omni malo protegas, et defendas.

Deinde dicatur.

Concede nos famulos tuos quosumus Domine. Oratio et:

Auditiones nostras quosumus Domine. et:

Benedictio Dei Patris omnipotentis, Filii, et Spiritus Sancti descendat super te et maneat semper. Amen.

H. Sequencia. H. Sancti Euangelii. H. secundum Matthaeum.

R. Gloria tibi Domine. c. 8.

In illo tempore: Cum introiret IESUS Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum et dicens: et: vt sup. in fine. *R. Laus tibi Chrē.*

Potentia Dei Patris adiuuet te Sapientia Dei filij instruat te
 Virtus Spiritus S. liberet ab omnibz malis et periculis animam et
 Corpus, benedicat tibi Dñs et Custodiat te, ostendat Domini faciem
 suam tibi, et misereatur tui, Conuertat Dñs vultum suum ad te, et det
 tibi pacem et Sanitatem. *Y Adiuutorium Dñi etc.*

CREMUS
 Domine Scte Pater aeternus Deus, qui fragilitatem humanam Condidi
 omni infusa virtutis tuae incarnatione Confirmasti Salutaris remedij
